



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Capita Pietatis Christianæ, Interrogationibus Et
Responsionibus vsitatis in Catechetica Methodo ita
explicata, vt breuem sed integram hypotyposin doctrinæ
purioris complectantur**

Ferinarius, Johannes

Magdeburgi

VD16 W 3078

Sententiae Ex Sacris Scripturis Collectae, quæ docent præcipuum cultum
Dei esse, promouere Euangelium. Philip. Melanth.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36195

PRÆFATIO.
SENTENTIAE EX SACRIS
SCRIPTURIS COLLECTAE

quæ docent præcipuum cultum Dei esse, pro
mouere Euangelium.

PHILIP. MELANTH.

Præfatio.

IN Genesi describitur odiû & seuitia Diabolici
uersus Christum & membra Christi cum in
scriptura, Serpens mordebit calcaneum eius. Sic
morsus quam sit atrox, nulla humana vox descripi
potest.

Incendit diabolus impios, vt lacerent Ecclesiâ
horribilibus parricidijs, Serit scandala, imbutant
sanctis, vt eos in errores & peccata præcipiet, vt
Dauidẽ traxit in adulterium. Id peccatum secum
est seditio, deinde fuga Dauidis, & deinde
ingentia peccata. Sic omni tempore diabolus
deformare & delere varijs modis Ecclesiâ Christi
conatur, vt aboleat veram doctrinã, & veros De
cultus. Aduersus hunc tam rabiidû hostem armati
nos verbo Dei & fide oportet. Cum igitur tyranni
nis impiorû multos, qui norunt piã doctrinã,
deterreat, quo minus confiteri auline, collegi sen
tentas, & ad confirmandos eos, qui cõfitentur, &
ad erudiendos & excitandos seigniores, vt sciant
Deum præcipue flagitare hunc cultû, vt conuicia
mur, & conferamus consiliũ, & studium ad il
lustrandã, & propagandã purã Euangelii do
ctrinã. Nec ad hoc officio deterreri nos vltis pe
riculis publicis aut priuaris sinamus. In quocumque
vitæ genere versaris, effice, vt luceat confessio
vt aliquid consilij & operæ cõferas ad prouidẽdũ
Euangelium. Si geris Magistratum, si gubernas
aliorum consilia, si ciuis es memineris totã hu
vitæ societatem principaliter ad hunc finem dis
nitus institutã esse, vt Deus innotescat, vt alij ad
de vera religione doceant. Sine hac confessio
cxi

cetera officia Deo non placent. Itaq; in ipsis precibus, quas recitamus, scriptura nos admonet, inuocationē sine hoc cultu contumeliosam esse, aduersus Deū. Quo ore, qua cōscientia potes dicere, sanctificetur nomen tuū, id est, effice, vt recte agnoscatur, & predicetur nomen tuū, si tu ipse, sciens veritatē, sinis eam opprimi, aut confirmas impios cultus, non confers studium ad illustrandos veros cultus. Quo animo audes inuocare Deum, si ipse auctor es vt eius noticiā obruatur tenebris?

Non exaudit Deus eos, qui ipsius gloriā illustrari & conspici nolunt, sicut Psal. 16. ait: Non ero memor nominis eorū &c. Hoc horrēdum peccatum eū pauci intelligant, admonendā sunt Ecclesia. Qua conscientia legis in Psalmo: Laudationē Domini loquetur os meū: Si non curas celebrari veras Dei laudes? Nemo existimet hanc curam nihil ad se pertinere, sed tantū ad doctores. Omnes ad hoc praecipue conditi sumus, ad hoc renati sumus, vt per nos luceat vera Dei notitia: sicut Paulus vocat Thessalonicenses, lucernas mundi, & Petrus ait, nos ideo ex tenebris vocatos esse, vt annunciemus ac celebremus doctrinā cōlestem.

Hunc finem & scopum omniam negotiorum actionum nobis proponamus, vt in omni vita inueniat studiū iuuandā, ornādā, celebrandā, verā doctrinā & verā pietatis, Pro hac professione vitæ & pericula & certamina, etiam mortē opere summū est sacrificium, & Deo gratissimū, quibus, qui credunt Christo. Ad huius tanti officij, obligationē, vt accendantur animi, collectæ sunt haerentia, quæ non ab humana autoritate ortæ sunt, sed sunt voces cōlestes, quarū contemptū Deus in gentibus pœnis in hac vita, & post hanc vitam punire solet. Vt igitur in inuocatione non reclamet tibi cōscientia, vt preces tuas exaudiat Deus, hunc cultum de adiuuandā & promouēda Euan-gelij propagatione praestato.

Sen

SENTENT. DE
SENTENT. DE PRO.
EVAN.

EXODI XX.

Ego sum Dominus Deus tuus, Non habebis Deos
alienos eorum me.

Non assumes uomen Domini Dei tui in uacua,
nec enim habebit insonem Dominus, qui assumpserit
nomen Domini Dei sui frustra.

Exodi 13. Narrabisq; filio tuo dicens: Hec est
quod fecit mihi Dominus, quando egressus sum de
Aegypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi
monumentum ante oculos tuos, & ut Lex Domini
semper sit in ore tuo &c.

Deut. 6. Dicesq; filio tuo, Præcepit nobis Domi-
nus, ut faciamus omnia legitima hæc, & timeamus Do-
minum Deum nostrum, ut bene sit nobis, cunctis diebus
uite nostre, sicut est hodie. Eruntq; nostri misericors.
Si custodierimus & fecerimus, omnia præcepta tua,
coram Domino Deo nostro, sicut mandauit nobis.

1. Reg. 2. Quicumq; honorificauerit me, glorificabo
eum. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

Psal. 2. Et nunc Reges intelligite, Erudimini qui
iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & caritate
ei cum tremore &c.

Psal. 8. Ex ore infantium & lactentium profertur
laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum
& ultorem.

Psa. 21. Narrabo nomen tuum fratribus meis
in medio Ecclesie laudabo te &c.

Psal. 24. Aperite portas Principes uestras, & annuntiabunt Portæ mundi, & introibit Rex gloriæ.

Psal. 34. Confitebor tibi in Ecclesia magna, in populo graui laudado te.

Psal. 46. Psallite DEO nostro. Psallite, Psallite REGI nostro psallite.

Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, quia Deus eleuabitur ualde, apud Princtes terræ.

Psal. 50. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.

Psal. 83. Quam dilecta tabernacula tua Domine iherosolym, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini &c.

Psal. 119. Introite portas eius in confessione, & annuntiabunt in hymnis. Confitemini illi &c.

Psal. 101. Ut annuncient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Ierusalem. In conueniendo populos terræ, & Reges ut seruiant Domino.

Psal. 115. Credidi, propter quod loquutus sum tibi sacrificabo hostiam laudis &c.

Psal. 117. Aperite mihi portas iusticiæ, & ingressus sanctus confitebor Domino. Hæc porta Domini, in qua introibunt in eam.

Psal. 118. Beati immaculati in uia, qui ambulauit in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum &c.

Psal. 121. Letatus sum in ijs, que dicta sunt mihi in domo Domini ibimus.

Esaias

Esaiæ 61. Et uocabuntur in ea fortes iusticie
plantatio Domini ad glorificandum.

Osee 14. Omnem aufer iniquitatem, & bene
fac, & reddemus uitulos labiorum nostrorum.

Psalmo 148. Reges terre & omnes populi,
Principes & omnes Iudices terre, Iuvenes & Vir-
gines, Senes cum Iunioribus laudent nomen Do-
mini.

Psalmo 144. Gloriam regni tui dicent, & po-
tentiam tuam loquentur.

Vt notam faciant filiis hominum potentiam tu-
am. Laudationem Domini loquetur os meum.

Matth. 6. Primum querite Regnum Dei, &
cetera adijciuntur uobis.

Matth. 10. Omnis qui me confessus fuerit coram
hominibus, confitebor & ego cum coram patre
meo, Qui autem negauerit me coram hominibus,
negabo eum coram patre meo.

Ioan. 8. Qui ex Deo est, uerbum Dei audit.

Ioan. 10. Oues mee uocem meam audiunt & in-

Marci 10. Discipuli indignabantur offerentibus
paruos, Quos cum uideret Iesus, indignatus
& ait: Sinite paruos uenire ad me, & ne pre-
bueritis eos, talium est enim regnum celorum &

Luce. 11. Qui non est mecum, contra me est
& qui non colligit mecum, dispergit.

Luce 11. Beati qui audiunt uerbum Dei,
custodiunt illud.

Rom. 10. Corde creditur ad iusticiam, &
fit confessio ad salutem.

Matth. 18. Qui susceperit unum paruulum
in nomine meo, me suscipit.

Qui autem scandalizauerit unum de pusillis
qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur
mola asinaria in collo eius, & submergatur in pro-
fundo maris.

Eph. 6. & Coloss. 3. Patres, nolite ad indi-
gnationem, & iracundiam, prouocare filios, ne pu-
ro animo fiant. Sed educate illos in disciplina, &
correctione Domini.

Col. 3. Verbum Dei abundet inter uos, cum
eius sapientia.

Ebra. 13. Per ipsum ergo offeramus hostiam
laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confi-
tentium nomini eius.

Ad has sententias pertinent exempla, in quibus
deus se benefacere ijs, qui abolent idolatri-
am, & restituunt ueram doctrinam, & pios cultus.
Contra uero punit impios, qui stabiliunt idolatri-
am, & impiam doctrinam, ut Abia, Asa, Iosaphat,
Iechias, Iosias, Machabeus, Constantinus, Theo-
dorus, defensi sunt diuinitus, & ornati clarissimis
castris. Contra horribiliter puniti sunt,

Ieroboam, Achab, Iesabel, Manas-

se, Antiochus, Nero,

& similes.

